

NEMINI LICERE SIGNUM SALVATORIS CHRISTI
VEL IN SILICE VEL IN MARMORE AUT SCULPERE AUT PINGERE.

1.8.1

Imp. Theodosius et Valentinianus AA. Eudoxio pp.

Cum sit nobis cura diligens per omnia superni numinis religionem tueri, signum salvatoris Christi nemini licere vel in solo vel in silice vel in marmoribus humi positis insculpere vel pingere, sed quodcumque repentur tolli: gravissima poena multando eo, si quis contrarium statutis nostris temptaverit, specialiter imperamus.

D. XII k. Iun. Hierio et Ardaburio cons. [a. 427]